

[III p 1]

est falsa felicitas que in temporalibus bonis queritur quam  
 ideo causam <sup>u</sup> vocat quia ponitur finis multorum. Causa autem  
 finalis est causa causarum. Et assignat causam quare prius <sup>u</sup> tult  
 describere falsam felicitatem dicens quod ideo (24) UT EA  
 PERSPECTA CUM OCULOS scilicet interiores rationem et intellectum  
 IN CONTRARIAM PARTEM FLEXERIS, POSSIS<sup>21</sup> AGNOSCERE SPECIMEN<sup>22</sup>  
 id est signum proprium VERE BEATITUDINES.

[III m 1]

QUE SERERE INGENUUM metrum primum libri tertii<sup>1</sup> quod dicitur  
 faliscum ab inventore. Constat autem pedibus tribus dactilis  
 continuis et quarto trocheo <sup>u</sup> spondeo iambio <sup>u</sup> yel pirrichio.  
 Quia dixerat supra Philosophia quod prius ostensura esset que  
 esset falsa felicitas ut postea pateret que esset <sup>u</sup> yera, in isto  
 metro commendat hunc ordinem per exempla. Et circa hoc duo facit.  
 Primo ponit exempla. Secundo applicat ad propositum ibi (11)  
 TU QUOQUE FALSA. Ponit autem quatuor exempla quorum primum est  
 de agro seminando ut bene fructificet. Sicut enim seminare <sup>u</sup> folens  
 agrum ut bene fructificet prius aufert nocivas herbas, sic <sup>u</sup> folens

21 possis RPD poscit J possit O / 22 specimen (sic) J RPeGOMD  
 speciem P /

1 tertii RPO secundii J /

[III n 1]

informare animum delectacione <sup>u</sup> vere felicitatis oportet prius  
 auferre curas nocivas false felicitatis. Dicit ergo (1) QUI  
 VOLET SERERE AGRUM INGENUUM id est nobilem et <sup>u</sup> sterilem PRIUS  
 LIBERAT ARVA FRUTICIBUS que scilicet impediunt ne semen crescat  
 (3) FALCE RUBOS FILICEMQUE<sup>2</sup> RESECAT UT NOVA CERES EAT id est  
 proficiat GRAVIS id est honusta FRUGE. Secundum exemplum est  
 tale: sicut post degustacionem alicuius amari dulcius appetet mel,  
 ita per cognitionem false felicitatis dulcius agnosetur <sup>u</sup> vera  
 felicitas. Dicit ergo (5) LABOR APIUM DULCIOR EST MAGE id est  
 mel est magis dulce SI SAPOR MALUS PRIUS EDAT id est inficiat ORA.  
 Nota quod secundum Boecium appetet hic quod apium est trisillabicum;  
 aliter non saluaretur natura metri que dicta est. Tercium exemplum  
 est quod sicut post tempus nebulosum gracior est serenitas sic  
 post cognitionem false felicitatis gracior<sup>3</sup> est cognitio <sup>u</sup> vere  
 felicitatis.<sup>3</sup> Dicit ergo (7) UBI id est postquam (7) NOTHUS id  
 est <sup>u</sup> ventus collateralis Austri a parte orientali DESINIT DARE  
 IMBRIFEROS SONOS<sup>4</sup> ASTRA NITENT GRACIUS. Quartum exemplum est  
 quod sicut pulcra dies sequitur tenebras noctis sic cognitio <sup>u</sup> vere  
 felicitatis cognitionem false. Dicit ergo (9) UT id est postquam  
 LUCIFER scilicet qui appetet ante lucem diei PEPULERIT TENEBRAS

2 filicemque P felicemque R0 silicemque JD / 3 gracior est cognitio  
u vere felicitatis J0 est gracior cognitio u vere D etc. RPM / 4 sonos  
RPO senes J

[III m 1]

dicitur pellere tenebras quia Lucifero apparente in fine noctis cedit tenebrositas noctis (10) PULCHRA DIES AGIT id est dicit ROSEOS EQUOS supple solis de quibus dictum est supra libro secundo metro tercio. Deinde cum dicit (11) TU QUOQUE applicat exempla ad propositum dicens TU QUOQUE TUENS<sup>5</sup> id est intuens<sup>6</sup> PRIUS FALSA BONA INCIBE<sup>7</sup> RETRAHERE COLLA IUGO scilicet exuendo affectum false felicitatis (13) DEHINC<sup>8</sup> id est post hec VERA BONA SUBIERINT id est subibunt <sup>u</sup>yel intrabunt ANIMUM scilicet tuum.

f.e. ? [III p 2]

TUM DEFIXO prosa<sup>1</sup> secunda in qua incipit<sup>1</sup> Philosophia ostendere quid est bonum in quo consistit <sup>u</sup>yera beatitudo. Et circa hoc duo facit iuxta pretactum ordinem. Primo enim ostendit quid sit falsa beatitudo, ~~E~~ secundo<sup>2</sup> que sit yera (prosa nona ibi (1) HACTENUS MENDACIS). Circa primum duo facit. Primo ostendit quod intencio hominum quantumcumque per falsam felicitatem

5 tuens JPD tueris RGPeO / 6 intuens ROD intueris GPe in motis P respiciens J / 7 incipe RPO incipit J / 8 dehinc ODM de huic J te hinc GPe de hisc (?) R de hiis P /

1 prosa secunda in qua incipit RM prosa prima in qua incipit J hic incipit GPePe prosa secunda incipit OD / 2 in secundo DM in secunda RJO secundo GP /